

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

XLI. Quaevis adversa aequo & forti animo toleret.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

quæ lenitate vincat, ait *Erasmus* in I. Tim. III. non clamoribus, quæ si quando etiam irritata peccatis malorum nonnihil sedire cogitur, tamen nunquam obliviscitur Christianæ charitatis. Agat ergo sedulo Minister Christi, ut Christum vitâ ipsâ & actionibus suis testeretur. Discat à Præceptore suo Christo mansuetudinem, discat humilitatem, discat charitatem, ut cognoscant omnes illius discipulum. Objurgans & increpans de seipso cogitet, an sit talis, an fuerit talis, an possit esse talis, sic lenitatem discet, nec impotentius in errantes desæviet.

XLI.

Quævis adversa æquo & forti animo toleret.

Εὐχρησ.

VErè dixit *B. Lutherus* Tom. III. Jenens. super c. 40. *Esaïæ* fol. 386. b. *Predicare Verbum Dei* nihil aliud est, quàm derivare in se furorem totius inferni & *Satanae*: deinde omnium Sanctorum in mundo & omnem potentiam mundi Est autem periculosissimum vitæ genus, tot dentibus *Satana* se objicere. Ibid. fol. 480 b. *Pastor animarum* contemptissimus homo est, adeo ut nullus Rusticus sit, qui eum non putet quasi lutum esse, quod pedibus proculcandum, sicut faciunt

unt quogue, Et in cap. XII. Matth. ait; *Quicquid est aliquid mundi, vexat Legatos Dei.* *Was die Welt ist und heist / das tribuliret die Gesandten Gottes.* Idem in Colloquiis Mensal. fol. 255. inter requisita boni Cancionatoris & hoc ponit; daß er sich von jederman lasse vexiren und gehiren. Quamprimum Pastor induitur Stola sua, Diabolum & omnes Mundi vipersas habet obstrepentes. Denn die alte Prediger-Bestallung ist; Odium pro labore, viel Verdriß / wenig Genieß / uti dixit *Dietericus*. Vix meliora sibi promittere potest fata in medio nationis pravae Minister Verbi, quam summus ille Ductor & Doctor populi Dei. De quo Num. XII. 3. Moses erat *ἄνθρωπος ἰσχυρὸς ὡς ἡ γῆ*, *Lutherus*; Ein sehr geplagter Mensch / & in glossa Margin. *Elen-der / der viel leiden mußte / afflictus formaliter, & mansuetus consequenter, er mußte durch Trübsal mürbe gemacht werden / viel ablegen von seiner Heftigkeit / de qua Exod. XI. 8. Nusquam deest crux Verbum Domini sincerè prædicantibus. Proinde se ad patientiam & tolerantiam (quæ remittit, & Deo Nemesin committit) maturè parèt, qui Ecclesiæ servire volunt Verbi præconio. Deus id per Apostolum declarat, inquit 2. Tim. II. 24. *Servum Domini oportet esse ὑποτακτικόν, toleran-*
*tem**

tem

tem malos vel mala. Aliqui enim de rebus adversis, alii de personis malis accipiunt, uterque sensus est commodus. Posterior tamen videtur textui magis convenire, ubi agitur de iis, erga quos placidus esse debet, quos docere; Ita hic, quos tolerare debeat. Laudatur quidem Angelus Ecclesiæ Ephesinæ Apocal. II. 2, *quod non possit sustinere malos*, aut non debent mali tolerari ita, ut connivendo, blandiendoque malitiam illorum confirmemus, sed ferendi mali, ubi spes conversionis non prorsus decollat. Bene Cornel. à Lapide Com. in h. l. *Patientem*, inquit, *intellige non morborum, aut adversitatum, sed morum & infirmitatum proximi; ubi scilicet toleret huius sive auditoris, sive obrectatoris proterviam, illius duritiam, alterius scommata; uti medicus tolerat & grotantis phrenetici convicia & ineptias.* 2. Tim. IV. 5. monet S. Paulus; Timotheum, *κακοῦ δυνάμι, mala profer*, i. e. afflictiones, puta ludibria, contumelias, contempnus, plagas, carceres, exilium, ac denique post tot malorum catenam, ipsam mortem tolera. Neque enim restringit ad unum afflictionum genus, sed absolute ait; *perfer malum.* Sensus ergo est omnia mala & adversa, quæ Christi & Evangelii causa ingruunt, viriliter sustine, & animo infracto obdura. Exigit id Ministrorum
Ver-

Verbi officium, pro Christo namq; legatione funguntur, ad multa ergò pro Christo toleranda parati sint. Tollant Crucem Jesu & hunc Magistrum sequantur. Discant tolerare hominum duritiem, discant tædia devorare. Nunquam non occurrunt Doctorib9 Ecclesiæ Satanæ cribra & tela. Luc. XXII. 31. Eph. VI. 16. Nusquā mundi odia. Matth. X. 22. Joh. XVI. 19. Ofores, calumniatores, convitia, mendacia, hæc proculcanda sunt generoso animo. Pugnandū ilis contra ipsos *κοινοὶ ἡμαρτανῶν*, *τὸ σκότος*, *τὸ αἴμα* *τῆς ᾠδῆς*, & horum Emisarios, Eph. VI. 12. Non deerunt etiam ex ipsis auditoribus, qvi Concionatori obtrecent, eum insectentur, crimentur, maledico dēte carpant, de qvo Christ9 suos monuit discipulos; *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Joh. XV. 20. Matt. X. 16. denunciat illis; *Ecce, ego mitto vos, sicut oves, in medio luporum*, q. d. non deerunt, qvi verbis vos mordeant, qvi factis dilanient, luporum more. Vos autem volo esse oves h. e. innoxios, non repugnantes, omnia moderatè & patienter ferentes. Chrysostomus statum Doctoris Evangelici explicans Lib. V. de Sacerd. *Est, inquit, plurimorum sermonibus obnoxius, alius culpatur, alius audiat, alius vellicat, alius memoriam, alius compositionem vitiligit, magna qve illi constantia ad*
hæc

hæc toleranda opus est. Proinde oportet eum usquequaque virtutibus instructum esse, & Zelo Dei munitum, ut possit omnia æquo & forti animo superare. Erasmus Lib. I. Ecclesiast. p. 136. Edit. pecul. in Doctore Ecclesiæ requirit animum ab omni rerum humanarum cupiditate liberum, perpetuam vitam sobrietatem, studium gratiæ benè merendi de omnibus, patientiam nullis injuriis labefactabilem, perpetuam Spiritus alacritatem in afflictionibus, modestiam totam, nihil præ se ferentem supercilii. Non sit in pace Leo, in prælio cervus, ut Tertullianus loquitur cap. I. de Coronâ Militis. Non frangatur adversitatibus, contumeliis & calumniis, sed fortiter eas toleret exemplo Christi, Archi-Episcopi sui, qui ad regerenda convitia linguam non habebat, ad interpellandum Patrem pro suæ necis autoribus vocalis erat. Imò patientiam in totâ vitâ, ac imprimis in passione suâ inter tot cruciatuum & tormentorum genera mirabiliter exercuit, & nunquam deposuit mansuetissimus Dominus. Excogitabat feritas, Dæmonum ac hominū varios modos, ut vel unum impatientiæ exprimeret verbū, vel indicium; Injurias injuriis, convitia convitiis supplicia suppliciis cumulabant, sed frustra. Nullæ hîc in patientissimo Jesu querulæ voces, nullæ lamentationes, nullæ, quæ vel mini-

minimam redolerent impatientiam verba,
 vide Esa. L. 5. 6, c. LIII. v. 7. Vobis, Doctores
 Ecclesiæ, præprimis reliquit *ὑπογραμμοῦ*, exem-
 plum, I. Petr. II. 21. Exemplum inquam 1. *leni-*
tatis & mansuetutinis. Matth. XI. 29. 2. *humili-*
tatis & servitii. Joh. XIII. 12. 13. 3. *mutuæ pacis*
& charitatis. Joh. XIV. 27. & XIII. 34. 35. Eph.
 V. 2. 4. *vite sanctitatis*, I. Corinth. XI. 1. & I.
 Joh. II. 6. 5. *patientie & tolerantie* in cruce &
 afflictionibus, injuriis &c. in jam citato loco
 Petrino, sequamini ut vestigia ejus. Decet enim
 discipulos imitari bonum exemplum Præce-
 ptoris. *Currite per patientiam, propositum vo-*
bis certamen, aspicientes in illum fidei autorem,
& consummatorem Jesum, qui pro gaudio sibi
proposito sustinuit crucem, confusione, ignomi-
niâ) contempta. Hebr. XII. 1. 2. Benè Chrysosto-
 mus Homil. VI. ad populum, Christus ait, *mor-*
tem, opprobria, flagella, detisiones, condit in pati-
enter toleravit, te docens, ut omnia generosè
ferre discas. Quisquis patientior, eò probatur es-
se sapientior, inquit Bernardus Serm. de do-
 nis Spir. S. c. 7. Ponite Vobis ante oculos Apo-
 stolorum, nullis injuriis, nullis suppliciis labefa-
 ctibilem patientiam. Qui cum maledictis jacta-
 rentur, non regerebant maledicta, cum carceribus
 & ignibus damarentur, nunquā intermittebant
 gratias agere, sæperq; efferebantur gaudio, quod
 propter Christū omni suppliciorū genere afficerē-
 tur.

tur.

tur Actor. V. 41. i. Pet. III. 14. *Quod* si etiam forte pro Evangelicâ veritate sanguis fundendus & mors subeunda sit, perpendite, quam multi, cum antea, tum post Christum ad mortem usque prædicaverint. *Esaias* dux & sol Prophetici chori post multas cōciones habitas in duas seclusas partes, occubuit. *Hieremias* post carcerem & catenas in Ægypto lapidibus obrutus ab ingrato populo, vitam cum morte commutavit. *Ezechiel*, Scripturarum & Oceanus & mysteriorum Dei labyrinthus. *Hieronymo* in cap. XL. VII. & alibi [Mytheria enim quæ alii Prophetæ aperto sermone prophetant, ipse sacris velut hieroglyphicorum arcanis tegit & obsignat, ut annotat *Cornelius à Lapide* Prolegom. in Ezech. *Ira* eius super lapides excerebratus est, ut refert *Chrysostomus* ad illud Matth. 23. *Quæ occidis Prophetas* Homil. 46. *Amos* vecte per tempora transfixus, *Michas* præcipitatus interiit. *Apostoli* omnes post tot labores, peregrinationes, angustias, insectationes atque infamias Christo capiti & Magistro, associati sunt, in variis tormentis ac mortis supplicio. Longum esset, enumerare innumerabiles Ecclesiæ Doctorum phalanges pro Christo & Evangelio præiosa morte immolatorum. Hæc sunt præmia bonorum Concionatorum, consignare sanguine Evangelium. *B. D. Dannhauerus* inter corruptelas stat9 Ecclesiastici Tom. I. Theol. Conscient. p. 1091. VIII. loco numerat *impatientiam*, conceptam vel exinobedientiam auditorum, de qua *Lutherus* Tom. V. Witteb. in Habac. p. 38. vel ex ἀρροστοργία, cum quis Collegarum ac Fratrum mores & infirmitates ferre non vult, &c. Nobile pro gladio scutum, patientia.